

esse prioris modus. Forum enim quæ convertuntur secundum esse consequentiam, quod alteri quomodo libet causa est, conuenienter prius natura dici posit. Quod uero quædam sunt biusmodi, palam est: esse namque hominem, secundum esse consequentiam ad ueram de se convertitur orationem. Nam si homo est, uera est oratio qua dicimus, quod homo est: et convertitur. Nam si uera est oratio qua dicimus quod homo est, si homo. Est autem uera oratio nequam causa ut sit res: ueritatem res quedam modo causa uidetur, ut sit uera oratio: eo enim quod res est aut non est, uera oratio aut falsa dicitur. Quare secundum quinque modos prius alterum altero dici potest.

Prus Prioris meminit in relatioñum disputatione, ubi scibile scientia, & sensibile sensu prius esse affirmabat, ea ob rem itaq; diuersa hic eius significata enumerat, & quotuor numero eis ait. A primum quidem tempore prius, secundum naturam, tertium ordine, quartum dignitate. {Nam primum quidem ac maxime proprie, tempore: quatenus antiquis aliud alio ac uetus dicitur. Q uod enim plus intercederet temporis, & antiquis & uetus nominatur.} Primum quidem ac maxime proprie inquit prius dicitur, quod tempore antiquis & uetus est. Tempore enim Socratem etiam dicimus Aristotele priorem. Primum autem & maxime proprie hoc prioris significatum dicit quoniam qd antiquis est tempore, id confutando quoque prius maxime appellata solita est. Scidem portò r̄ πατέρων οἰδετούσι, tum in animali, tum in inanimatis, r̄ τοις διατεταρτούσι, uero id est antiquis vel seniis, in foliis animatis dici consueuisse. {Secundum est quod per existendi consequentiam non reciprocatur: ut unum duobus prius.} Secundum est hoc significatum prioris, quod per existendi consequentiam non reciprocatur, hoc est in quo existendi non refutatur consequentia: nempe quod simul inferuntur quidem, sed secundum non inferuntur: si fuit duo, erit ex necessitate unum, nam simul unum inferuntur: at unum si sit, non ex necessitate duo erunt, non enim simul cum uno inferuntur: quare prius est unum duobus. Rursus existente homine, erit animal necessario, nam simul animal cum homine inferuntur: at si sit animal, non pro prius erit homo: siquidem non simul homo cum illo inferatur: cum animalia quæ homines non sunt cōplura existantur: prius igitur quam homo est animal natura, non tempore. {Tertio loco, secundum ordinem quendam prius, quemad modum in scientiis atque orationibus, dicitur.} Tertii hoc est significatum prioris, nempe prius ordine, quemadmodum habet se, inquit res in scientiis. Nam praecedunt & in demonstrativa scientia propositiones, conclusiones consequuntur: & in Geometria priora sunt inquit descriptionibus elementa. Vocabant autem Geometrae elementa, puncta, lineas, superficies, & similia, quacunq; theoremata demonstrationem antecedere consueverunt. Descriptiones uero, quas ἀπόγεμπεται græci nominant, ipsa theorematista. Et uero in literis priores sunt syllabæ dictioribus, elementa syllabis. Idem & in orationibus dicimus. Nā praecedunt exordia, præconfititio sequitur, dein constitutio, proxima sunt his narrationes: mox certamina. Hac autem ut priora sint nomina solo obtinet ordinem: neque uero natura, neq; tempore. Potest namque & artis expers orator primum ut certaminibus: deinde exordiis: & tunc narratione. Et Geometra speculamen prius exponere: de hinc elementa. Q uia propter hac ordine duxit, prioris obtinet rationē. In aliis igitur prius ordine fortassis dici aliquis conceperit: ut erum in literis non ordine etiam solo esse uidentur syllabis elementa, vel nominibus, vel orationibus priora. Neque enim licet ordinis obseruerit primum nomina discrete, de inde syllabus postremo elementa: siquidem nota reliqua esse non cognitis elementis nullo modo possunt: per tenique simul reliqua sublati elementa: ut manere possint elementa uel si reliqua illa tollantur. Q uo fit ut sint elementa iis priora quæ ex ipsis constant elementis non solum ordine, sed etiam natura. Non recte igitur in grammatica solo ordi-

A ne elementa prima esse dicit, nisi forte ad illud respexit, & orationes necesse, & proferre nomina elementorum autem uim ignorare queant literarum rudes: Sed quanquam ex usu loquantur, & significata uocum tenent, ipsam tamen quæ est in uoce uim nesciant orationis: cum ex quibus cōfereat nequaquam intelligent, itē præter ea quæ diximus, quod me lius honorabilisq; est, id natura esse prius uidetur. {Q uatuitus est hic prioris modus, honorabilitus inquam: quod cōsuetudo prius nominat: Est autem hoc inter prioris significata prorsus alienum: quamobrē & id ipse reprobatur, quin tum autem quandam modum huius loco deinceps afferat, ut quatuor prioris significat expletat. Idcirco cum diuersa quoque simili aduerbi significata enumerando, unum huc modum prioris singulis opponat, huic soli nullum obiectum, a prioris ipsum significata prorsus exterminans.} Vi deri autem quis possit præter enumeratos alias esse prioris modus. {Quintum hunc addit: nam quartus ut diximus, a prioris significatis erat alienus: quantum a nostra electio ne, non a rerum natura proficiebatur. Quintum autem est secundo contrarium, nā cum illud secundum ipsius esse consequentiam non reciprocet, neq; sit alterum alteri causa, hoc, & refutatur, & alterum alteri causa est, ut patet & si lius. Q uippe hæc inter se cōmean in existendi consequentia, siquidem utrovis posito, omnino alterum sequitur: est tamen reliquo alterum causa, filio in quam pater. Ratio re quoq; simili est & uera de re ipsa oratione, nā & horū in existendi consequentia reciprocantium alterum alteri causa, sī ait: Philosophus est Socrates: & oratio de eo quadam est, quæ ipsum esse philosophum dicit: quodcumq; ergo ex his fuerit positum, alterum quoque ex necessitate cōsequitur. Si enim uera est oratio quæ philosophum esse pronuntiat, Socratem necesse est esse philosophum: & si sit Socrates philosophus uera ex necessitate oratio erit, quæ illum esse philosophum perhibet. Verum hæc tametsi mutuo cōtinentur, res tamen orationis quæ uera sit causam præstat: nam nisi res sit, uera esse de re ipsa non potest oratio. Potest igitur modis quinq; aliud alio prius dici. Ceterum de eo quod prius est sermone habito, non de posteriore etiā me minit siquidem cum de priore ageretur, præceptio quoq; posterioris enititur. Hæc enim simili habentur, sicutq; ad ali quid, proinde & uno cognito, alterum quoq; est notum. nā prius posteriori prius dicitur, & posteriori priore posterius. Quare quot modis uocatur prius, tōdem & posterius nūcupabitur: siquidem quoq; alterum modo lete habeat relatiuorum, eodem habet & reliquum.

DE SIMVL ADVERBIO.



I M V L autem dicuntur simpliciter quidem & propriissimè quorum generatio in eodem est tempore: nerum enim eorum neque prius neque posterius est: simili autem secundum tempus hæc dicuntur. Naturae uero simili sunt, quecumque convertuntur quidem secundum eius quod est ejus consequentiam, sed nequam alterum alteri causa est ut sit, ut in duplo & dimidio: convertuntur etenim hæc: nam cum duplum sit, dimidium est: & cum dimidio sit, duplum est: sed neutrum alteri causa est ut sit. Dicuntur autem simili naturae & que ex eodem generis est duero abiucent: dimidio: est duero autem dimidit ab iniuncte dicuntur, que secundum eandem sunt duos: ut uolatilis gressibili & aquatilib; & enim abiucent: et duero: & dimidio: cum sint ex eodem genere. Animal nam qui dividitur in h. e. in uolatili gressibili, & aquatili: & nihil horum prius vel posterius est, sed simili haec natura esse uidetur. Dimidio autem & unumquodque horum in species rursum: ut uolatilis gressibili, & aquatili. Erunt ergo & illa simili natura, quecumque ex eodem genere secundum eandem sunt duos: ut uolatilis gressibili & aquatilib; & enim abiucent: et duero: & dimidio: Genera uero speciebus semper priora sunt: neque enim conseruentur